

Nathan Chyträus

**NATALIS || IESV CHRISTI || THEANTHROPI || M D XC.|| Carmine anniuersario
celebratus || A || NATHANE CHYTRAEIO.|| Cum appendice carminum sacrorum.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1590

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1785976419>

Druck Freier  Zugang




C9

1528/1

O. HÜNEMÖRDER
UNIVERSITÄTS-
BUCHBINDEREI
ROSTOCK
Grüner Weg 5

69-1528/1





409
3 exempl.
3 Bd.

NATALIS
IESV CHRISTI
THEANTHROPI

CIO IO XC.

Carmine anniuersario celebratus
A

NATHANE CHYTREO.

Cum appendice carminum sacrorum.





STRENA CHRIS-
TIANA.

Nobili, opt^o. eximiôq; viro,
D. IOACHIMO BASSE-
VICIO, EQVITI MEGAPOL.
HEREDITARIO POSSESSORI
IN HOHENLVKOVV, PRÆFE-
CTO DOBERTINI, CONSILIA-
RIO PRINCIPALI ET REGIO,
DOMINO ET AMICO
SVO VETERI,

DICATA
ET CONSECRATA,

A

NATHANE CHYTRÆO.



1932. XII, 68.

N A T A L I S
I E S V C H R I S T I

Θ Ε Α Ν Θ Ρ Ω Π Ο Υ
C I O I O X C .

REGNUM CHRISTI CVM
mundanis comparatum.

A D

IOACHIMVM BASSEVICIVM,
virum nobilissimum.



*Vi toties tua iam cecini cunabu-
la Iesu,*

*Idem etiam, faueant modo si tua
numina, regni*

Cantabo iam scepra tui, scepra inclyta, quis nec

Regis Alexandri, nec magni gloria Cyri,

Nulliusq̄ adeo certarit in orbe Monarchæ

Gloria, vel tandem perituri ad funera mundi.

Cur ita persuasum mihi sit, nisi displicet, audi

Care mihi, multisq̄, probis, Ioachime, bonisq̄,

Principibusq̄, hinc inde viris, quin regibus orbis

Arctoi dilecte ipsis, ob mentis acute

Optima consilia, & facundæ flumina lingue,

Et tibi lustratas multis cum gentibus vrbes,

Iudiciumq̄, graue, & mores sine labe politos.

Quiq̄, ideo & nostri sat censor idoneus hymni

Esse potes, modo non desint tibi iusta legendi

A 2

Tem.

Tempora, iam quorum quam sis, mihi constat, ege-
dam regum & patriæ cōmissa negotia tractas. (nus.

REGIBVS eduntur, reginarumq; potentum
Natabus, nuribusq; isti, mortalia, reges
Numina: regalesq; domos, & splendida iactant
Atria, & impositas saxis ingentibus arces,
Ceu sibi natales. illic auro omnia fulgent,
Cuncta nitent gemmis, & vasti dente elephantii.
Velleribusq; adeo Serum, byssoq; corusco.
Tympana tunduntur, resonant clangore tubarum
Omnia, dant cannis emissa tonitrua bombos.
Iactant & terras Reges, & disita regna
Maiorum superata manu, haud cedentia, præter
Se, ullius imperio. sed in his tamen omnibus, omnem
Si rem peruideas: sortis complura caducæ
Indicia inuenias. Si gens est ampla, vetusq;
Multa etiam scelera & clades sectantur eandem.
Filius à patre degenerat: nec fama nepotum
Æquat auos: regnant cades, occulta venena,
Insidie, & stupra, & nunquam secunda tyrannis,
Nunquam tuta satis, nunquam non ægra timore.
Si sit pulchra domus: forsitan deformis in illa
Iniuse dominatur herus, vel viribus æger
Corporis atq; animi, neruisq; agitabile lignum
Non proprijs: aut est pulchrum sine pectore corpus.
Cætera quis memoret? noster sed paruus Iesus
Nascitur obscura, sed eadem virgine, matre:

Cale.

Cœlesti genitore idem extra secula natus.
 Prodit Iudæa, ferro paulo ante subactæ,
 Infausto & misero è pago: sed patria pridem
 Hæc prædicta fuit diuini vatis ab ore,
 Euentu iam clara suo. nec patria desit
 Nobilior cœlum. patri matrîq; cubile
 Fuit stabulum: nato caua dant præsepia curas:
 Nullus amicus ibi, cognatus nemo, nihilq;
 Subsidij vel præsidij, crudelis egestas
 Regna tenet, turpisq; fames, & horror & algor:
 Et tamen angelicæ applaudunt his vndiq; turmæ:
 Cœlestis lux irradians campi æquora complet:
 Stella magos ducit, seq; ipso in culmine sistit
 Informis tuguri, quo thurea munera, & aurum,
 Longinqua è terra, accipiat puer iste, miscellus
 Externo certè aspectu, sed, si omnia rectè
 Peruideas, tibi diuinæ quam plurima sortis
 Indicia obijciens, ad quæ velut vmbra, pruinaue
 Ad solem exortum, quidquid fragile atq; caducum est,
 Dissugit, & vacuas velut euanescit in auras.

Enihilo nihil existit dixere sophistæ.

Non nego, principio nec ab hoc miseroq; maloq;
 (Si tantum afficiatur homo sine numine nullus)
 Egregium quid nasci aiunt cum tempore posse,
 Quod populos sibi subijciens, toti imperet orbi.
 Sed natum tamen est, quod res dudum ipsa probauit,
 Effatumq; istud physicum obmutescere iussit,

A 3

Cum

Cum sermo de diuinis est rebus habendus.

Et tantum de principijs. nunc auginina regni
Progressusq; vide. Pelleo principe nato
Magnus Aristoteles accersitur, hunc bene natum
Qui rectè instituat, rerumq; ad sceptrā gerenda,
Verborum orator, rerumq; effector honoris
Ut fiet, efficiat. pater illi congerit aurum:
Ampliat imperij fines: equitumq; virumq;
Et classis numerum amplificat: pluresq; phalanges
Cogit, ut optati coeant fundamina regni.

Seu Christum eruiciens nemo est. bene proficit
Celesti afflatu. regni adiumenta futuri (ipse
Nulla vides; sed ei potius contraria: quando
Queritur ad mortem Iesus, sub rege tyranno:
Exilioq; casum subito mutare paternam
Cogitur, & Pharios inter latitare nomarchas
Pauper, & afflictus, nec cuiquam cognitus exsul,
Sidereo tamen indicio, iussuq; Iehoue
Motus Iosephus, Maria cum virgine matre,
Hoc iter ingressi reduces mox deinde fuere,
Angelico admonitu impulsī, post fata tyranni.
Non vulgare iter hoc, res arguit ipsa, fuisse.

Quid Cyrus? Lacedemonias sibi iungere vires
Tum satagens his pollicitis solerter eorum
Explorat tentatq; animos. Quicumq; sequetur
Militia vexilla mee, Sparta, inquit, alumnus;
Si pedes est; equitem faciam. donabo quadrigas
Si sit

Si sit eques pridem. si villam aut iugera funā
 Possideat: pagam adyctam. si den q; pagi
 Sit dominus; magnam bellanti largiar vibem.
 Possessorem urbis, regio quoq; diuinae sequitur
 Ampla, opibusq; potens. tanta & vis diuiti auri
 Presto erit, ut parcens operis admetiar illud
 Non numero, sed ponderibus. quis plura requirat?
 Quis non militiam hanc promptus cupidusq; sequa-
 Spartaniis tamen & patria, & pretiosior auro (cur?
 Libertas potior verbis fuit omnibus istis
 In speciem pulcris, hamus nisi subsit acutus.
 Nec vi flexanima dicentis, & corda mouendi
 Sic valuit Cyrus, refugos ut cogere posset.

Sed Christus contemptus, inops, abiectus & ager
 Discipulis nil tale suis, contraria verum
 Omnia praedicens, militansq; extrema malorum,
 Consequitur tamen assensum, sociosq; fugando
 Allicit, atq; abigens reuocat, retrahitq; volentes,
 Non secus ac gelida e glacie procuderet ignem:
 Aut glaci. m e medio produceret igne rigentem.
 Namq; quid haec aliud tam tristi i verba putandum
 Velle sibi? Regni esse mei qui ciuis in orbe hoc (est
 Esse cupit; mundi bona deserat omnia, patres,
 Vxorem, natos: proq; his mala cuncta crucemq;
 Subleuet in scapulis: per iter me triste sequatur:
 Aerumnasq; omnis generis. probra, flagra necesq;
 Perferat: eximios & prosperitatis honores

Se nactum hac ratione putet. patientia regni
Virtus summa mei est. ô terq; quaterq; beatum
Qui patitur mecum. nam qui mala ferre recusat;
Non me est, non regno hoc dignus. vulpecula certas
Quo fugiat latebras nouit, nidumq; volucris;
At mihi nec cespes datus est, vbi nocte reponam
Exosum hoc & vile caput. Mea iussa secutos
Discindet Synagoga flagris, odioq; perenni
Insectabuntur Satanas, mundusq; malignus.
Qui vitam hic seruare volet, disperdet eandem.
Quando è discipulis dextram hic petit, ille sinistram;
Ambos ad calicem inuitat, certumq; doloris
Demensum, Minimusq;, inquit, sit; maximus esse
Quisquis auet. si vester ego rex atq; magister
Sum seruus; quid vos eritis? nisi totius orbis
Quisquilie? vos vexabunt, vos fune ligatos
Iudicii sistent, & crudo verberare caesos
Affigent crucibus. spolia hæc, hæc sceptrâ, triumphiq;
In toto vos orbe manent, semperq; manebunt. (tis?
Quid nam aliud sibi verba volunt tam dura minan-
Quã si, Apage, exclamet, procul hinc procul este bea-
Hic quib⁹ esse labor. Sed eum nihilominus ingens (tis
Insequitur turba, & pendet dicentis ab ore.
Quippe in diuinis hominum est suadendo mouere,
Sed persuadere, & trahere, vnius actio Christi est,
Non imitanda homini. veluti neque mentio Paulum
Absterret crucis, hanc quando prænunciat illi
Christus,

Christus, ego, referens, Paulo monstrabo lubenti
 Quanta pati pro me varijs in partibus orbis
 Debeat. hic quis non fugeret, mala tanta perosus?
 Sed Paulus, multum Saulo mutatus ab illo,
 Qui spirans immanè neces & vincla parabat
 Innocuis, velut ex parædo mitissimus agnus,
 Fit subito, sequiturq; ducem, paretq; moventi.
 Cumq; prius rapere, & raptos vincire soleret;
 Nunc ipse rapitur, vincitur, cæditur, imbre
 Obruitur lapidum, tantum pro nomine Iesu,
 Pro quo nec mortem, nec vincula ferre recusat.
 Quis nam alius facere hoc valeat? mutatio tanta
 Auctorem quemnam agnoscat? nisi cuncta mouentem
 Rectorem cæli, qui linguam & corda potenti
 Condidit ipse manu, & quo vult ea dirigit ipse,
 Et vocat, & reuocat, nutuq; his imperat vno.
 Non secus ex niuibus quam si produceret ignes,
 E flammis pluias, ceu conditor ignis & vndæ,
 Qui valida inuictaq; manu facit omnia quæ vult.
 Omnia qui, ut libuit, rerumq; ut postulat vsus
 Immutat, certumq; agitans, regit omnia, finem.
 His quid Alexander, quid Cyrus fecerit vnquam
 Aut par, aut simile? hi cæu bona summa coronas
 Regnaq; sectantur: fines & finibus augent:
 Nilq; magis metuunt, properæ quam spicula mortis.
 At Christus quando, ut rex sit, deposcitur; vltro
 Auffugit: ad mortem si poscas; obuius adstat.

Sic tamen hostiles ut sola voce cateruas
Sternat humi retrò lapsas vi fulminis instar.
Sectantur tot turmæ equitum peditumq; phalanges
Mundanos reges. Christum si re nomine vulgus
Bissenos piscatores circumdare cernas,
Qui tamen expansis in totum retibus orbem
Cuncta subacturi Christo, vi numinis acti,
Huc illuc velut errabant, certumq; salutis
Monstrabant iter vna animas auare volenti
Cuilibet: & quosuis regnum ad cœleste vocabant.

Egregium reges censent, si vincere multos
Milite non multo poss. it. dein prœlia miscent:
Sanguine cuncta fluunt: proiecta cadavera campos
Tergo aut ore premunt: statuuntur læta trophœa:
Diffugiunt lætantq; hostes: spolia ampla reportant
Qui bene pugnarunt: leges præscribere victis
Mox labor est: certisq; locis hinc inde toparchas,
Quæstores & legatos, ne forte rebelent,
Præficere, & patriæ lætos inferre triumphos:
Luxuriare epulis, & lasciuire chorœis,
Pulcra hæc quisq; putat, summisq; ea laudibus or.
Et tamen ex ipsis istis mortalis imago (nat.
Emicat ærumnæ, & lætis cor plausibus angit
Victoris, post paulo iterum qui vincitur ipse,
Si non à rege aut populo, mors impigra saltem
Assequitur victum, & diadema ligonibus æquat,
Sceptra luto. nostri sed magnificentia Christi

Est mera pauperies. dum miscet praelia · plagas
 Accipit & colaphos. conducto vectus a fello
 Metropolim regni ingreditur: comitantur euntem,
 Quos dixi, piscatores: lachrymasq; profundit
 Ipse triumphator: flentiq; applaudit ouatq;
 Fex hominum, sentina vrbs, lasciuia iuuentus.
 Ipsius insuauimaceratur panis aceto,
 Non saccharo: potus felle est infectus amaro,
 Non melle acerio. vita illius optima triste
 Exsilium est: moritur latrones inter vtring;
 A cruce dependens, amplexusq; omnibus offert
 Suauiter expansis vlnis, manibusq; cruentis.
 Scilicet hoc constanter agens, ut in omnibus istis,
 In speciem quasi terrenis, ad sidera mentes
 Interea alliciat terrena labe solutas.
 Quippe hæc in misero quando tulit omnia mundo;
 Perfectè in cælo impleuit mandata parentis:
 Placauitq; Deum nobis, Sathanamq; subegit:
 Iudæisq; pijs gentes sociauit, vtrosq;
 Complexu quasi coniungens. Quin omnia Christi
 Dicta & facta scopum hunc spectant, ut pectora no-
 suspiciant semper sursum, in cæloq; reponant (stra
 Spemq; fidemq; suam cunctam, à terrestribus istis
 Abstractam immunemq;. Velut saluator Iesus
 Non aliam ob causam, quidquid ferretq; ageretur,
 Ipse Theanthropon se declarauit in illo.
 Esurit vt mortalis homo; veruntamen vnâ,

Vt De-

Vt Deus omnipotens, non multis panibus atq;
Pisciculis hominum tot millia corpora pascit:
Illorumq; animas simul ad primordia vitæ
Cœlestis nutrit. Sicit idem in margine fontis;
Sed viuas promittit aquas, quas deinde sequatur
Nulla sitis. veluti & Samaritida mittit amicè
Isacida, à puteo, ad scatebras fontemq; salutis
Viuisica in cœlis. & ibidem est lassus Iesus;
Infirmusq; adeo; infirmos sanare sed idem
Vel verbo potuit, vel nutu protinus vno:
Et simul ad sese lassos & mole grauatos
Peccatorum vno blandè omnes euocat ore,
Auxiliumq; offert. agrotos sanat, at vnâ
Infestos animo morbos peccata remittit.
Structuram templi speciosam, aliisq; stupendam,
Æternam velut, ipse ream properæ esse ruine
Nunciat, & stupidas templa ad cœlestia mentes
Dirigit, & verum distinguit corpus ab vmbra.
Soluere vectigal iussus, sine murmure paret
Ceu vectigalis Romano à Cæsare factus.
Didrachmumq; tamen pisci in vasti æquoris vnda
Imperat. inq; a sino mox deinde triumphat; at idem
Incutit horrorem Herodi, turbatq; senitum,
Exanimat populum vt trepidet. premi ille capiç;
Se patitur, cunctisq; vltro sese exiit armis:
Et tamen auctori parentem subiugat orbem
Doctrina monitisq; suis. desertus ab ipsis
Discipulis

Discipulis est solus, inops, rerum omnium egenus;
 Et tamen ad nutum angelicas armare cohortes
 Si sit opus valeat. tener obmutescit vt agnus;
 Sed logos ipse tamen manet omne orator in æuum.
 Idem damnari iniusti se iudicis ore
 Fert patiens. verum nos actu absoluit eodem,
 Iustificatq; reos aeterna morte necandos.
 Idem etiam supplex quasi pro se vota profundit;
 Sed veniam nobis bonus impetrat, & patris iram
 Mitigat offensi. subito exauditur ubi orat:
 Sed tamen ipse etiam celer exaudire vocantes
 Et vult & potis est. crudeli est morte peremptus;
 Sed tamen in vitam potuit reuocare sepultos:
 Cumq; libet, vitam propria virtute resumit,
 Mortuus vt mortalis homo, moriendoq; multos
 Viuificans, cœliq; omnes in luce reponens.
 Quin moriens fecit, viuorum nemo per orbem
 Quæ faceret quando rudis ignorantia summam
 Doctrinam, & sophiam spreta insipientia vicit:
 Infirmis quando suprema potentia strata est:
 Cum strages superauerunt erecta trophæa:
 Perq; ignominiam fracti cecidere triumphi.
 Scilicet vnus hoc Domini viuiq; Iehouæ est,
 Ex ijs quæ nil sunt, ope nullius, inçlyta planè
 Maximaq; efficere, & tai ratione modoq;,
 Proposito qui sit fini contrarius, vti.
 Debilitas Christi sic est vel maxima virtus.

Quod

Quod fragile apparet, reuera adamantina vis est.
In contemptu eius decus ipsum & gloria fulgent.
Ille absens simul est, & presens regnat vbiq.
In letho pariter vita est aeterna suorum.
In tumultu causa est vt corpora nostra resurgant.
Scilicet hæc virtus humane imperia menti, &
Non audita prius, totum non visa per orbem (us,
Seruatorem hominum decuit. qua queso quid ampli-
Quid mirum magis esse vnquam potuitq., potestq.?
Humano siquidem si robore magnus in orbe
Hoc cœpisset opus; leuior victoria multò
Visa foret. neq; enim magnum est, si robore vinci
A magno paruum videas. sed vincere paruum
Si magnum inuictumq; prius, Dauid vt Goliathum,
Audeat & possit; iure hæc victoria magna
Creditor, insolitosq; olim paritura triumphos.
Si tantum in fragili est robur; quid robore ab ipso
Expectes? si stultitiæ vis tanta; quid ipsa
Cœlestis poterit sapientia? siq; homo tantum
Mortalis potuit; quidnam Deus ipse Iehoua
Arripotens, viuus, nullo variabilis æuo? (ditq.
Sed redeo ad Magnum, is moritur vincendo, cæ-
Ipsius & regnum, quasi iners sine lumine corpus,
Diripitur subito in partes. hæc arripit vnus,
Hanc alius. soboles miserè illius interit omnis:
Tota domus cum matre perit ferro atq; veneno.
Sed Iesus vincit moriendo, iacensq; triumphat,

Non

Non hominum sed more Dei: fortissima cui sunt
 Quæ nos infirma & subito ruitura putamus.
 In cruce Christus obit tumulq; qui scit in antro.
 Discipuli infantis miseranda columna regni
 Diffugiunt, trepidant, latitant. non mascula proles.
 Non frater, non cognatus superesse videtur.
 Regnum ipsum iures vicio cum rege sepultum.
 Paulatim tamen in lucem hi redeuntq;, docentq;.
 Atq; intra octavi labentia tempora lustri
 Digressi à Solyma Eoos constanter ad Indos,
 Hesperiosq;, adeo, quis credere posset, Iberos,
 Omnia compleverunt Christo, imperiumq; iacentis
 Vnanimis reliquum citò dissudare per orbem.
 Regna equidem qua Christi adum sub nomine nota
 Nunc florent, vix reliquæ, fragmentaq;, possunt
 Censeri, collata illis tot gentibus orbis,
 Vocis Apostolicæ Christo quos buccina vicit
 In regnum augustum, inuictum, sanctum atq; peren-
 Nunc quoq; quod durat pacto superabile nullo. (ne,
 Scilicet ad se per morientes, mortuus ipse, (les,
 Mundi omnes gentes Christus trahit haud modo mi-
 Sed dux ipse ducem hinc sequitur, dux attrahit urbē,
 Urbs regionem amplam, regio integra regna, Monar-
 Imperiumq;, adeo totum. Christo omnia plena. (cha
 Sed mage plena olim occisi post funera Christi,
 Nullus cum Mahomet, Saracenus, Turca, Gothusq;,
 Pandalus & Moscus, nullus Papa perderet orbem.

Si qua

Si quæras etiam, qua vi, quo milite & armis,
Quoq; modo imperium hoc ignoti ad sidera mundi,
Tempore tam exiguo, tantis sit viribus auctum:
Responsum in promptu est. Qua Christus cœpit, eâ-
Perrexere via ipsius sine fine ministri. (dem
Pugnando vincunt alij, patiendo sed illi,
Et moriendo etiam huic subigunt latè omnia regi,
Ex animo dum quemq; iubent respiscere, & vni
De cruce suspenso certò confidere Christo.
Quod si Christus homo tantum; quid vanius? idem
Si Deus; in toto quidnam est absurdus orbe
Auditu diuine? tamen doctrina subinde hæc
Inuenit intentos, dociles, vereq; fauentes
Discipulos, etiam cum de cruce, more magistri
Multa monent, ipsiq; adeo secum ista fideles (tem,
Tristi animo volunt. Nunquid sequar ista docen-
De Iesu in cruce sublato, vt cras forsitan ipse
Cogar adire necem, vxori natisq; relinquens
Nil, nisi stultitiæ famam, nomenq; nefandum?
Quid magis his durum? cedit tamen omnibus istis
Afflata è cœlis ratio. ipsa amplissima mundi
Imperia, en, Christi crucifixi nomen adorant,
Seque cruce damnisq; parant, quæ dextra Iehouæ
Cuiûbet immittet, non nostri nescia pridem
Roboris, exacteq; sciens quid ferre recusent,
Quid valeant cuiusq; humeri, ne pondera vires
Exsuperent victas. Sed Christi ad regna reuertò
Discipu-

Discipulosq; pios. hi si qua à gente benignè
 Excipiuntur; ei pro Christo multa ferenda
 Prædicunt vltro. sin excluduntur; acerbè
 Sæpe mori malunt, quam condere vera silendo.
 Accusati alij cupidè sua crimina celant.
 Hi nihil occultando, palam præ se omnia vultu,
 Gestu & voce ferunt, & eodem tramite sortes
 Vt se alij sistant, suadent, hortantur, & vrgent.
 Torquentur multi, vt dicant quod tortor iniquus
 Scire cupit: tantum vt taceant hos questio torquet,
 Fulgere incipiat ne lumen amabile veri.
 Vt mortem auertant à se, reticere rogata
 Sæpe student alij: cupidè hi moriuntur, in ipsa
 Vt causam Christi constanter morte perorent,
 Diuulgentq; procul. torquendo tortor anhelus
 Crebro victus abit: non illi extrema ferendo.
 Nil hic compedibus, neruis, vnco, atq; catastis
 Proficitur. nil sermonem præcisio linguæ
 Impedit. hunc Iesum sincero è corde sonanti
 Lingua deest nunquam elingui quoq; fortiter illi
 E cruce præscribunt leges, proq; hostibus orant,
 Quos alij diris exsecrarentur amaris.
 Deniq; cursum huius regni non vlla senatus
 Impediisse edicta valent: non Caesaris ira
 Armati ferro, & numerofo milite cincti: (bellis.
 Non rabies Satanae, & mundi ad bona cuncta re-
 Stringe enses, accende rogos, effunde cruores

Inno.

Innocuos : suffoca vndis: in viscera terræ
Desolito, horrendum, viuos: vel in aëra fracto
Guttare suspende: aut pedibus manibusq; ligatis
Post tergum, lento suspendito desuper igni:
Vsq; adeo, vt, quod sit, quæuis elementa per orbem
Conscia sint laniens huius, stragisq; piorum:
Nil tamen efficies. hæc sunt plantaria regni
Istius, olim etiam vatuum humectata cruore, &
Nunc quoq; sanguineo qua passim rore rigari
Res loquitur: nisi quis, pueri miserabilis instar,
Nesciat Europæ varijs quid fiat in oris. (surgit,
Nunc quoq; quo magis opprimitur; magis ardua
Et victrix supra caput athera tollit Alethe,
Nescia submergi, vi & fraudibus inscia vinci,
Mox Christo duce speratos habitura triumphos.
Infelix hanc qui contra se turbidus infert!
O vitrum insanum si adamantini robore certet!
O muscam infaustram, radios si condere solis
Alis tam exiguis satagat, tamq; ipsa pusilla!
Quod si te Christi offendit crux illa cruenta, &
Ingens mole sua; crucifixi ad crura pedesq;
Aspice tot proceres, reges, summosq; monarchas,
Tot populos, regna, & gestu tot supplice gentes.
Deturbata idola etiam, rogo, respice, & ipsos
Dæmonas imbelles, oracula Delphica pisce
Muta magis, spretas fallacis Apollinis artes,
Et simulacrum eius, ceu prorsus inutile lignum.
Permi-

rernictum fractumq; iacens in Caesaris aula
 Constantini olim, qua se Byzantia pridem
 Equabant caelo sacra moenia. caetera quin &
 Mundi oracula, quibus fieri omni in gente solebant
 Vota prius, nunc victa tacent: tacet ipsa Sibylla:
 Tot simulacra iacent pridem pro numine culta:
 Nunc pedibus substrata, ignes aut pascere iussa.
 An non humana virtute haec omnia, & ipsa
 Casarea angelicâq; adeo maiora putemus?
 Anne creaturam cadere haec quis credat in vllam?
 Quid quod sub Boreâ septem subiecta rtrioni
 Vltima iam Thule sacra Biblia pulcrius edit,
 Tam bellis impressa typis, chartaq; nitenti;
 In genere hoc vix vt melius quid Graecia praestet,
 Vix Latium, aut regnum affectans Hispania muniti.
 Quid Scotiam tibi cōmemorē, Hyberiosq; seroces,
 Orchadas, austrinasq; plagas, vbi stella Canopi
 Visitur, & nostris contraria sidera fulgent?
 Vltra Sauromatas, Moscos, Garamantas & Indos,
 Aethiopasq; ipsos Christi se regia tendit.
 Confer ad haec regnum Cyri breue: labile regnum
 Confer Alexandri. nil sunt nisi nomen inane,
 Flos leuis, ipse suo perijt qui staccus in ortu.
 Interea prorsus regnum insuperabile Christi
 Et manet, & crescit, nulloq; abolebitur aeo,
 Totius in partes diffusum quatuor orbis. (mni
 Quid simile aut equale affers? quaeso ecquid in o-

B 2

Tanta

Tanta vel unius fuit orbe potentia regni,
 Possit ut usq; adeo laxas distendere metas?
 Cum ne fama quidem vel nominis ullius unquam,
 Quantumvis clari tot se diffundat in oras.
 Quando hodie quoq; passim extant monumenta la-
 gentis Apostolicae varijs in partibus orbis: (horum
 Praeclara & spes sit fore, Christi ut plura trophaea
 Circumquaq; hilares varijs spectemus in oris.
 Hunc etenim longè & latè regnare necesse est
 Hostiles inter turbas, regesq; minaces,
 Ipse parens illi donec semel adsit, (vbi omnem
 Mensuram impleant, scelerum fraudisq; nefandae)
 Inuictaq; manu, sceptri quasi conterat ictu
 Omnes illorum assultus, rabiemq; minasq;
 Quin etiam vires omnes, atq; irrita reddat
 Robora, & exponat pedibus calcanda superba
 Colla tyrannorum Christo, qui victor in arce
 Sionia aeternum, quouis ex hoste trophaeum
 Mox statuere, regniq; sui membra incluta secum
 Glorificata lubens promissa in gaudia ducet:
 Fulmineq; ictu tenebrosa in tartara trudet (nos.
 Cum Satana cunctos Satanae et phlegetonis alum-
 Atq; ita poenarum ut Satanae non meta futura est:
 Sic regni Christi haeredum, cum rege beato
 Prosperitas etiam, & solidissima, & invidia mundo,
 Posthac nullo unquam claudentur gaudia sine,

VITA

VITA BEATA HOMI- nis verè Christiani.

Vitam quæ faciunt beatiorem,
 Felicissime Christiane, sunt hæc.
 Sentire, & proprias dolere sordes,
 Contractas vitio prioris Adæ,
 Et nostris numerosiora culpis
 Peccata, interitum quibus meremur
 Perennem. quoniam perennis ille est,
 Qui offensus scelerum graui reatu,
 Norma est iustitiæ minax perennis:
 Nec impunè ferens abire noxas.
 Dehinc nosse etiam secundus Adam
 Christus verus homo, Deusq; verus,
 Qua vi, quo merito, efficaciq;
 Placarit patrias redemptor iras.
 Et nos tartarei de fauce raptos
 Orci, inter superos, beans, locarit.
 Viuaciq; fide, pioq; corde
 Vindicare sibi potens Iesus
 Quidquid promeruit, potest, habetq;
 Et quidquid Deus & redemptor ipse est.
 Quin virtute noua, nouaq; vita
 Gratum se domino patri, Deoq;
 Præstare, & cupidè cauere noxas.
 Ne parens adeo pius bonusq;
 Offensus, patrios furore amores
 Mutet, tartareisq; nos tenebris
 Addicat, sine fine, perduelles,
 Captiuos Sathanæ & mali futuros.

B 3 Inpri-

In primis, positus ubique cristis,
Coram, mente humili, Deo fateri,
Nihil nos merito valere nostro,
Nil scire, & nihilo minus potesse,
Amisam reparet quod hic salutem.
Sed nostra omnia nos habere ab vno
Deo, gratuito: prius Iesu ex
Vitis vulneribus, lytroque sancto,
Manare omnia quæ salus requirit
Vitæ huius simul, & simul futuræ.
Hinc suæ memorem vocationis,
Suisque officij, labore fido
Prodesse omnibus, & nocere nulli:
Et charismata publicos in vsus
Conferre, vt valeant potiri iisdem
Nobiscum eximij, pares, minores.
Vniti siquidem, Deo iubente,
Inter nos sumus: & suum talentum
Est quiuis modulo haud adeptus vno,
Vt magnus minimum iuuet benignè:
Et magno minor obsequens, ametur.
Hæc est vita Deo placens Iehouæ,
Quam contra vario licet tumultu
Insurgat Sathanas, malusque mundus,
Et mundi proceres; tamen Iehoua
Confirmat, stabilit, suosque seruat,
Seruabitque adeo potente dextra,
Vt nil efficiat Sathan proteruus.
Et quamuis decies die vel vna
Labamur miseri, vt sepulcro in isto
Perfectum nihil est, nihil beatum:
Tamen nos Dominus manu paterna
Suble-

Subleuat placidè, erigitq; rursum,
 Leuabitq; regetq; semper idem,
 Ne qua præcipites vagi ruamus,
 Donec finis opus decens coronet:
 Et victrix peragat Fides triumphos.
 Felicissime Christiane vitam
 Hæc sunt quæ faciunt beatiorem.

AD D. M. L. Lub.
 Elegia, de mutationibus dex-
 træ Excelsi. Pf. 77.

Quam mihi dulce fuit nuper, carissime Lydi,
 Conspectuq; tuo colloquioq; frui;
 Tam quoq; triste fuit sic te properare, piosq;
 Sermones iustas non habuisse moras.
 Heu mihi qualis eras, quantum mutatus ab illo
 Quem iuuenem vidi, parius & ipse puer
 Hic primum ad Varni cycnos, & adultior inde
 Ad Mœni & Nicri lenè fluentis aquas.
 Heu mihi qualis eram, quantum mutatus ab illo,
 Qui tibi Tubinga visus in vrbe fui!
 Quando mihi malas lanugo prima tegebat:
 Inq; sui corpus floris honore foret.
 Tunc mihi Nasonis molles placuere camœnæ:
 Nunc amo præ cunctis Biblia sacra libris.
 Tunc ego præ socijs multum me scire putabam:
 Nunc nimium video me didicisse parum.

B 4 Et mis

Et nisi summa foret Christum didicisse voluptas,
Clamarem prorsus me didicisse nihil.
Tunc mihi grata fuit pariles vexare voluptas:
Nunc memet præter carpere curo nihil,
Tunc quemuis mysten me vera docere putabam:
Nunc nisi sermoni nulli ego credo Dei.
Tunc ego latinagæ trepidabam ad nomina pestis,
Præuia quæ morti flebile pandit iter:
Nunc ego nec pesti, nec cedere cogito morti:
Sed committo uni meq̄, meosq̄, Deo.
Is tegat atq̄, regat nos isto in tramite vite:
Tam bene nec coeptum deserat auctor opus.
Tunc mea vernabat velut ipso in flore iuuentus,
Nescia morborum, nescia mœsticiæ:
Nunc mea sed gelidas ostentat barba pruinas,
Occupat & canum nix violenta caput.
Non vigor est idem, vegetumue in corpore robur,
Deficit ingenij languida vena mei
Tristior est animus, varijs mens dedita curis,
Paulatim & lentus frangit vtrumq̄, labor.
Tu velut ipse etiam prope fortasse senectæ
Consimili sentis spicula missa modo.
Omnia vertuntur, vicibusq̄, obnoxia nutant,
More fluentis aquæ tempora nostra ruunt.
In melius mutanda tamen, vertente Iehoua,
Nam nihil est homini Fors malè sana pio.

No-

Nostra Deus regit & vertit, versuraq; talis
 Solatur miris pectora mœsta modis.
 Qui non sit melior, nunquam optimus esse feretur,
 Qui non sit probior, desinit esse probus.
 In peius mutant alij sua corda animosq;,
 Atq; ipsæ vitij dent alimenta vices;
 In melius dum nostra fluant, studiumq; senile
 Compenset nauos stulta iuuenta tuos:
 Erroresq; Deus nobis corde eximat imo,
 Occacata quibus mens malè cauta fuit.
 Hic magis, ille minus, tamen vnà errauimus om-
 Abducti varijs deuia in atra modis. (nes,
 Traximus hanc omnes primaeva ab origine labem,
 Expertes omnis mente animoq; boni.
 Cæci oculis, surdi aure, imis ad crimina proni
 Cordibus, ante oculos nil nisi culpa Dei.
 Culpa exosa Deo, sæuiq; obnoxia telo
 Fulminis, & flammis tæter auerne tuis,
 Nec cuiquam spes vlla boni, nisi flamine sancto
 Inmutet penitus cor animumq; Deus,
 Dissingens velut, atq; noua virtute resingens
 Omnia tam miseris turpificata modis.
 Hinc metamorphoses illæ vi numinis actæ
 Incipiunt, cœptum continuantq; suum.
 Hinc animi nouitas, fidei hinc scintillula lucent,
 Cordaq; cœlesti viuificata face.

B 5

Inde

Inde creatura nouitas angusta, vicesq;
Quas regit excelsi dextra benigna Dei.
Ex caecis paulatim oculati hinc reddimur: auris
Surda prius, sacris iam patet eloquijs.
In vitijs sibi qui stertens pauld ante placebat,
Nunc vigil illa odit vipera & angue magis.
Qui modo nullus erat, vel parcus numinis alti
Cultor, is assidue iam sacra scripta legit:
Cum gemituq; preces ad sidera mittit anhelas:
Spernit & incertas quas amat orbis opes.
Quo modo Nasonis, Venusinaq; metra sonabat:
Psalmographi resonat iam graue regis opus.
An non miranda haec mutatio iure vocetur?
Nos homines prorsus quae facit esse nouos.
Hinc versure, aliaq; vices sine fine sequuntur,
Dum bene perficiat quod bene coepit opus
Dextra Dei, viuisq; sacri spiraminis ardor,
Qui nunquam in casto pectore segnis erit.
Sicut & haec animi, sit quantulacunq;, nouati
Gratia Christicolis pignoris instar inest,
Donec in extremo perfectio plena sequatur
Iudicio, & metas prorsus adeptas suas.
Omnia quo tendunt tantis obnoxia rerum
Hic vicibus, multis & varianda modis.
Vt tandem mortale pijs quod inesse videmus,
Immortale habeat retineatq; decus:

Nec

Nec posthac vicibus, fatoq; obnoxius vlli
 Viuat homo angelici pars generosa chora.
 Hac etiam spes in trepidi tot casibus orbis
 Nos recreet vicibus, dulcis amice, suis.
 Iam grauis est morbus, sed mox Hygiea reuifet,
 Viribus vt recreet corpora lassa nouis.
 Iam grauis est, angitq; animos crudelis egestas;
 Mox erit omnigenis dextra repleta opibus.
 Iam bello petimur; cui pax rerum optima finem
 Optatum optatis asferet aucta bonis.
 Exilium iam nos dilectis exigit oris;
 Mox reddet patrijs nobiliora bonis.
 Iam mors atra suis properans carnem inferet vr-
 Vt mens coelestes occupet alta domos: (nis,
 Mens iterum iungenda suis post funera membris,
 Index iudicij buccina quando fremet:
 Et fruitura simul vera cum corpore vita,
 Inde queunt nullæ cui nocuisse vices.
 Deniq; nos digito seu tangat virgifer uno,
 Seu tota infligat verbera longa manu:
 Siue etiam horrendo Domini nos malleus ictu
 In nihilum red'gat qui sumus ante nihil:
 Hoc tamen est certò vel certius, absq; Iehouæ
 Numine & arbitrio, sidere aq; manu
 Nil horum nobis contingere posse. quid autem
 Hoc patrio melius corde manuq; Dei?

Scilicet

Scilicet ista patris tam iusta & fida voluntas,
Non nisi filioli causa salutis erit.
Virga grauis; mens fida tamen. verba aspera blan-
Cordis, & omnifere spicula dura manus. (di
Hoc liquet, hoc planū est, Christo obside, fratre, pa
Et vade, de cuius quis dubitare fide (trono,
Audeat infelix? nisi Turca, & Moscus, & Indus,
Et turpis Latij rex basilius agris.
Ergo hic cuncta piē, spe finis, dura seramus,
Dum metam attingant tempora nostra suam.
Que nobis non esse potest non prospera, quis tot
Cautum & prospectum est undiq, pignoribus.
Si finis modo sit felix, quid cuncta fleamus
Aduersa, & vicibus quæq, nouanda nouis?
Nostrī hostes potius plorent, Satanasq, rebellis,
Spes quibus est tanti prorsus adempta boni.

IN ABVSVM NOMINIS
DIVINI.

Teste Deo tua cur toties mendacia pingis?
Cur tua confirmas somnia, teste Deo?
Conscia mens quamuis, si qua est tibi, saepe recla-
Et tua sit cuius perfida nota fides. (mer,
Cur hominum, tu, censuram qui ferre recusas,
Ne causa lucem non patiente cadas,
Audacter tam saepe Deo te iudice purgas?
Plus ne oculis hominis quam Domini tribuis?
Idolo

Idolo an credis similem, sculptoq; Iehoua,
 Esse Deum, aut pictæ peniculo triadi?
 Cuius maiestas superat fastigia cœli,
 Terrarumq; plagas, astra, salumq; replet.
 Ille oculus Domini vindex latè omnia cernit.
 Exacteq; videt pectoris ima tui.
 Illa auris Domini cunctis patet obuia dictis,
 Nil facere atq; loqui quo sine teste potes.
 An satis esse putas, hominem tua si mala celes?
 Mortali & misero si videre bonus?
 Qui palpum obtrudens tibi, si blanditur, an ipsi
 Propterea credis cuncta placere Deo?
 Qui veri iustiq; tenax, iusta omnia blandè
 Respicit, & fuci duplicis osor, amat.
 Et tua cuncta licet vel totus comprobet orbis;
 Non ideo illa potes cuncta probare Deo.
 Iudicium cuius terreno à iudice tantum
 Discrepat; à cœlo quam procul orcus abest.
 An impune Dei te nomine credis abuti?
 Qui tam acris vindex nominis ipse sui est.
 An cum ludibrio libet insultare Iehouæ?
 Ceu valido nondum terrificoq; satis,
 Vt tua legitimis compenset crimina pœnis.
 An nescis longas illius esse manus?
 Et validas, & terribiles, nulliq; ligandas,
 Quando volunt vires exseruisse suas.

An credis, quia saepe tacens sua fulmina differt,
Quod semper mutus semper inermis eat?
Falleris, & fallis, tua sic periarua cælans.
Pena aderit tacito, iam, mihi crede, gradu.

PIGNORE NIXA FIDES.

Quam facile est iactare fidem, dum copia rerum
Affluit, & nummis arca repleta tumet?
Dum fruges rumpunt granaria, dolia vinum,
Dumq; penus varijs est opulenta cibus.
Certè hi confidunt, sed sumpto pignore, Christo.
Verum hoc sublato pignore quid facient?
Quid facient in desertis regionibus, absunt
Hæc ubi, cum natis coniugibusq; suis
Esurie afflicti & nudi? num tunc quoq; dicent?
Certa à munifico spero alimenta patre,
Qui sine pane potest vitam hanc seruare precanti,
Hoc arcere gelu qui sine veste potest.
Hoc fidei feruentis opus. largire mi sellis
Hanc Deus, ô fidei fons & origo, fidem.

PRINCIPIIS OBSTA.

Principijs obfiste puer, cum te Satan ater
Solllicitat, mentemq; suo sensim occupat astu,
Te vitio indulgere iubens, & pergere gressu
Intrepido ulterius. nam sic horam vsq; sequetur
Tota dies, mensisq; diem, mensem integer annus.

AN-

Annum lustra aliquot ; donec sic compede vinculus
 Sis Satanae, nulli post expediendus ut erres
 De vitio in scelus, & sceleris ferale barathrum,
 Tartareasq; adeo fauces lachrymabilis orci.
 Nam quod sic tecum ; quando hic effluerit annus
 Desistam incepto ; nihil est vndosus hic annis
 Labitur, & cursu semper labetur eodem.
 In manibus neq; fiat nostris Metanoea, Iehouae
 Nobile sed manus celso descendit Olympo (cent
 Quando ipsi, haud nobis, libet. hunc reuerere, sero-
 Nec mentem obdura nimium, cum caeca voluptas
 Insinuata tibi, regnum amplificare dolose,
 Et satagit, victa ratione, agitare triumphos.
 Sed potius Domini frenata & compece timore
 Lasciuæ insultus carnis: sit sobria vita:
 Assiduæq; preces solium caeleste fatigent.
 Quod si etiam fueris letali saucius ictu
 O bone; ne differ curandi tempus in horam
 Vel minimam. si sis lapsus; cito surge. secutus
 Auiam si fueris vel deuia; rursus in ipsam
 Regredere & despecte viam: cautusq; dolosas
 Tolle moras, semper nocuit differre recursum
 E curuis prauisq; vijs. nam turpiter ipse
 Fallitur & fallit, prauis desistere caeptis
 Qui se posse putat, quoties & quando lubebit
 Priuato arbitrio. praesertim cum mala longis
 Inualuere moris. hodie non aptus ad arctum

Hoc

Hoc pietatis iter, vitæ & melioris amorem,
Cras minus aptus eris. quid cessas ergo mi selle
Disturbare suum Satanae hunc ante omnia nidum
Dum nouus est, tenuiq; hæret quasi glutine fixus,
Exclusa ne pullitie sit fortior olim
Quam solida ut valeat nidi è statione moueri,
Sicq; tua æternos agitet de clade triumphos.

Verbum Dei Soli com- paratum.

Sermo Dei Sol est. hoc exoriente, seipsum
Quilibet exploret, nauosq; examinet omnes
Occultos prius: atq; agrè prodire volentes
E latebris, suetosq; suis inhiare tenebris,
Ernat in lucem: atq; illos sine fraude perosus
Detestetur, & ipse sibi constanter in illis
Displiceat, speculamq; velut sublatas in altam
Præuideat procul instantes pro crimine pœnas:
Præueniatq; illas precibus, vitâq; decenter
In melius commutata. ne cum grege turpi
Et reprobo Sodomæ, exili pereamus inulti
Omnes momento, & serò doleamus auerno
Iam mersti, & reditum votq; imploremus inani.

Dum splendet, nisi desipias, hac vttere luce.
Nam quando semel hic tibi inutilis occiderit sol;
In tenebris tibi perpetuè latebrisq; manendum est.

In

407

In Hypocrisim.

Turpis anus, cupiens formosior ore videri,
Ætas quam patitur, rugaq; sæda sinit,
Ora genasq; limit fuco, frontemq; senilem,
Ad speculumq; sibi ficta puella placet.
Sed simul ardentis ac solis contigit æstus;
Ille ementitus mox color omnis abit :
At facies rugosa manet, maculaq; pudenda
Conspicua cunctis ora genasq; notant.
Et quo fucus erat spissus mage; turpior ipsa
Redditur hoc facies, & mage scabra cutis:
Scilicet has ipsas soluit simulatio pœnas,
Quando videri insons nec tamen esse cupit.
Et sua verborum fuco dum crimina pingit,
Innocuam quiuis vt putet esse Deam.
Sed simul ad solium ventum est sublime Iehouæ,
Tum subito fictum quod fuit ante fugit.
Tum sol consumit niue cum glacieq; pruinas,
Tum cernenda patent quæ latuere prius.
Sic tua si peccata teges; mox deteget illa,
Et soli ostendet cuncta videre potens.
Ast ea si retegēs, deplorabisq; Iehouæ:
Mox ea clementi conteget ipse manu.
Defodietq; cauis tumulorum, aut merget abyssō
Æquoris, haud vllis inde ruenda modis.
Si sapis, haud celans, potius tua vulnera pande,
Promptior vt medicæ sit tibi cura manus.

C

Pio-

Piorum victoria est pati.

Perfer & obdura, patiēdo vincere palma
Christi adūm est. Si vis vincere, disce pati.

Mors Ianua vitæ.

Ianua mors vitæ est. moriendo viuere cœptant
Christiade. Si vis viuere, disce mori.

In animum sua sorte contentum.

Est felix, non qui quidquid cupit obtinet, aſt
Quæ non obtinuit, non habuisse cupit. (qui,
Nec mihi pauper erit cui vera opulentia solus
Est Deus, & nitens spes bonitate Dei: (Etis,
Quæq; suis contenta opibus, quantumlibet & ar-
Alterius ne ſcit mens inhiare bonis.

Homo fœtor.

Quid niſi fœtor homo eſt? fœtores inter in alio
Gignitur, & latitat: tener e fœtente fauiſſa
Eruitur fœtens: totius tempore vitæ
Sese intra fœtet, fœtores eijcit ex ſe:
Corpus inane animæ tandem fœtore maligno
A ſe abigit cunctos, & cum fœtore ſepulcro
Fœtenti infertur. quaſo vnde ſuperbia tanta
Nos inflat? tanto cur cum torpore geluq;
Cæleſtem patriam expertem fœtoris auemus?

Papa

Papa ne membrum quidem Eccle-
siae, multo minus caput.

Cur iactare caput Christi gregis impius audeat
Se Papa, saepe magus, saepe Simoniacus,
Saepe homicida, salax mœchus, sceleratus adulter,
Ut Sodome taceam prodigiale scelus.

Qui caput esse queat tam sancto in corpore, nondū
Quem membrum illius vel minimum esse patet?

DE AVARITIA, ET BE-
nedictione diuina.

Ex dicto Iobi c. 20. v. 15. & 16. Impius o-
pes absorpserit, sed eas euomet: ex ipsius
ventre expellet eas Deus. Venenum aspi-
dum suxerit, occidet eum lingua viperæ.

Tam dulces tibi sunt nummi, per fasq; nefasq;
Quos satagis quouis accumulare modo,
Nectar ut ambrosiæq; liquor dulcedine lanne
Non certare tuæ dia moneta queant.

Idq; in principio. sed vbi concoxeris aurum
Hoc miser in stomacho ter miserande tuo,
Serpentis sese in bilem mox omnia vertent,
Felq; venenati triste Draconis erunt.

Quæ rursus vomere heu nisu cogeris amaro,
Ut vomit ingestos ebrius ore cibos.

Punget & arcano tibi pectora scorpius ictu,
Et tua qui rodat viscera vermis erit:

Felix quem Domini benedictio ditat, abunde
Contentus modicis ut queat esse bonis.

C 2

Inuidus

407

Ingluies rabiosa lupi, vulpisq; dolose
Vasrities, sordesq; suis, fastusq; caballi
Indomiti. vitijs homo sed saepe vnicus istis
Omnibus est foedus, superans quandoq; leonem
Saxuitia, ingluuieq; lupum, vulpemq; dolosis
Fraudibus, illuueq; suem, fastuq; caballum.

Veræ Diuitiæ.

Est satius miserum hic ærumnosumq; videri,
Dum sit certa Dei de bonitate fides:
Vndiq; diuitijs quam hic affluere omnibus, atq;
Delicijs voto quas quis auere queat.
Iratiq; Dei sentire in pectore flagrum,
Quod vetet optata corda quiete frui. (micum,
Summū vnūq; bonum Deus est. qui hunc sentit a-
Lazarus hic quamuis esse putetur inops;
Ditior is Cræso tamen est & diuite Crasso,
Qui medias inopes sunt miseri inter opes.

In suum καλαπῆνα.

Cum toties à te exagiter, tundarq; premarq;
Possem ego par etiam fortè referre pari.
Possem fortè tuos etiam exagitare furores,
Teq; Theonini rodere dentis ope.
Non tamen hoc facio, quia dextram agnosco Ieho.
Qui per te cristas vult mulilare meas, (ue,
Qui per te patria me vult ita cedere virga,
Vt discam duplices tollere ad astra manus.

C;

Vind-

Vindictamq; Deo cedendo, scire fideli
Esse pati hæc satius, quam modò laude vehi,
Istis præsertim præconibus atq; poetis,
Qui nec quid dignum sit bene laude sciunt.
Nec digni sunt laude ipsi, voce utpote quorum
Pro virtute scelus premia sæpe ferat.
Laus inflat segnesq; facit, sed flagra modestos
Et cautos faciunt, exacuuntq; preces.
Forte vbi iam sat casus ero, Deus ipse flagellum
Inferet hoc stygijs, ni resipiscat, aquis.

Gallia Papam alloquitur.

NVlla ira vsq; adeo magna est, iusteq; libido
Vindictæ, quam non minuat tollatq; inimici
Supplicium, cælo immisum, plenumq; doloris
Immensi & duri. cæcis quod gentibus olim
Non fuit ignotum, cum sic Maro gloria vatum;
Vel Priamo miseranda manus foret ista Pelasgum:
Sic alius; lugenda Getis, & flenda Suëuis
Hausimus, ipsa meos horreret Parthia casus.
Ipsa ego ceu nostro hæc canerem lugubriter æno.
Vel Turcis miseranda ipsis gens ista meorum est.
Quin Moscis lugenda, ipsis deslenda Moluccis
Exhausi. ipsa meos horreret Iberia casus.
Cur tu igitur Basilisce adeo sine fine furenter,
Cum cæco grege palponum, turbaq; Gigantum,
Me miseram exagitas? cur in mea viscera sauis?
Nescius

968
Nescius innocuo saturari posse cruore :
Prætenſisq; odijs diuini nomina zeli.
Quem scelus appelles potius , zelumve caninum,
Vrsinumve , luposq; adeo pardosq; decentem.
O nimium grauis ira , & in exſaturabile pectus !
Quod nec longa dies , pietas nec mitigat vlla ,
Hostiles nec pœna potens ſedare furores.
Spiritus hic Chriſti ſi te regit , ô Papa , ſanè
Naturam Chriſti iam mutatam eſſe fatendum eſt,
Que tamen æternùm nullo mutabitur æuo.

Fructus auaritiæ.

Munera quid captans, et opes cumulare laborans
Per fas perq; nefas , diues auarus agit ?
Colligit ipſe ſibi lignorum cæcus aceruos ,
Addit & his cremijs ſtramina mixta ſuis:
Diuina ut ſcintilla iræ quandoq; coruſcans
Vno collectas impete perdat opes :
Materies & quo vaſti fuit amplior ignis ;
Hoc & cuncta vorans flamma ſit vberior.

IUDICI PRÆpoſtero.

Nummorum ſuri laqueo cur guttura franſis ?
Gutture peccarit cum tamen ille nihil :
Blaphphemum vero impunem dimittis , in ipſum
Gutture qui peccat, lingua, animoq; Deum ?
In promptu cauſa eſt , regina pecunia rerum
Carior eſt tibi , quam nomen inane Deus.

C 4

Sibi.

Sibiipfi.

SAt tibi sit mea mens Christo tua cuncta probare,
 Et placuisse illi tua rebus in omnibus vni,
 Dissiiceant quamuis mortalibus omnia, quæ nunc
 Aut loquor, aut credo, aut facio, meditöræ, canõ-
 Nam quæ stultitia hæc esset mortalibus æquè ve.
 Atq; ego sum mi seris memet purgare, meisq;
 Iudicibus, siquidem esse volunt, me ostendere noxæ
 Immunem, interea me condemnante Iehoua,
 Æternùm solus qui viuit, & imperat: vnà
 Quando isti mecum intereunt, atq; ante tribunal
 Sistere sese vnà mecum, nolintve velintve,
 Cogentur, cunctas vna vt sententia lites
 Finit, absoluatq; pios, quos orbis & orcus
 Nunc passim exagitant, atque ima ad tartara dam-
 (nant.

Pro Alethea ad Quados.

AVrea quam blandè vos inuitauit Alethe!
 Atq; inuitat adhuc, radios dispergere sacros
 Non cessans, vosq; alliciens matricis adinstar
 Gallinæ, tepidas quæ collectura sub alas
 Palliciem, nil non patitur, tentatq; libenter.
 At cæci vos, adâicti & mendacibus umbris,
 Errorisq; extra & lapsus vos esse periculum
 Persuasi nimium, indignam censetis Alethen
 Respectu alloquioq; breui, vultuq; sereno,
 Immodè etiam innocuam dictis inceßitis atris.
 Fallor

Fallor an hæc, sua iam vobis ita brachia tendens
Suppliciter, placideq; vltro sua munera monstrans,
Offensa ingratis animis sua deniq; terga
Obuertet vobis, & vos sine lumine cæcos,
Cæcorumq; duces foueis immerget opacis:
Quis ipsi innocuis studio fodiistis acerbo,
Vnanimes vno hoc, discordes cætera, Quadi.

Diuitiæ infatiabiles.

Nulla quies satiasve opibus nummisve repostis.
Nunquam hic quod queris ter miser inueni-
Non hæc natura est opibus, Benedictio ni sit. (es.
His adiuncta, animi sæta quiete, Dei.
Hac sine crescit opum, quantum ipsa pecunia cre-
Trux amor, & medias inter egenus opes. (scit

In Theomachum.

Nuncius est mortis magni si principis ira,
Cui tamen est ipsi mors metuenda breui:
Quam dura, & metuenda homini grauis ira Iehouæ
Cui collati homines puluis et vmbra sumus. (est?
Desine quocirca forti pugnare Iehouæ
Quisquis es? & stolidas comprime queso manus.
Namq; huic aduersans iugulas te ter miser ipsum,
Interitusq; ruis causa caputq; tui.

In spem longæ vitæ.

Vita vna & breuis est, moriendi mille figura.
Stultus, qui vitæ spe tot iniqua facit.

C 5

Idem

Idem aliter.

Vita vna est, sunt mille neces, & mille sepulcra,
Ergo satur vitæ ante omnia disce mori.

Spes. Iob. 3.

Spes innixa Deo est rupes adamantiæ iusto.
Spes innixa homini, quam texit aranea tela
Iniusto indociliq; sacra pietatis in vmbra est.

Inscriptio Horologij.

Indice me quoties fugientes suspicis horas,
Te toties gressu mors propiore premit.

Malenti videri quam esse.

Illinito ulceribus quæuis emplastra vetustis,
Et celare alios vlcera perge tuas.
Quin blandire illis, & pharmaca congrua temne,
O nimis in clades ingeniose tuas.
Tempus erit quondam, nihilominus hoc cacoëthea
Vi propria ruptum quando patebit hians:
Effundetq; atram saniem, purisq; nefandi
Factorem nemo quem tolerare queat.
Non etiam tuus ille alios suspendere suetus
Nasus, & auricomis tantum inhiare rosis.

Θύμῃ Βλέψον ἄνω.

○ mea mens sursum quem tendis dirige cursum,
Mens oblita soli suspice regna poli.

PRE-

P R E C A T I O

*Ex dicto Psalmi 32. Gravis
erat super me manus tua.*

Agnosco domine in gremiis & afflictionibus istis quas sustineo, tuam manum. Non hæreo in rebus medijs. Sed sublatis in cælum oculis in teipsum intueor, cuius iussu & voluntate iustissima, scio me in tantos dolores incidisse. Tu effice ne aut stupore impio tua iudicia contemnam: aut doloris vehementia & acerbitate impulsus in impatientia voces erumpam: & extra metas abripiar. Da potius vt verè & seriò resipiscam: & satis superq; esse statuam, quod sciam istam non diaboli aut malorum hominum, sed Dei benignissimam manum esse, qua iustis de causis tam duriter ferior. Manus autem hæc non est hostis perimentis, sed patris castigantis, quem peccata mea propemodum inuitum eò adegerunt, vt suam in me manum extenderit & depresserit. Ea igitur manus quæ me ex nihilo condidit & formauit: quæ hæctenus tam potenter me sustentauit: quæ me ex impietatis & peccatorum faucibus toties extraxit: quæ toties largissimè aperta, summa tua beneficia mihi porrexit: ea, inquam, manus peccatis meis prouocata ita in me ingrauescit. Si igitur tot bona ab ea accepi; cur mala quoq; non æquisitissimo, quod & facio, animo suscipiam?

Verun-


Veruntamen etiam in plagis istis ad eandem
manum recurro: eam prehendo & prensor:
eamq; suplex quantumuis ferientem exosculor.
Necq; dubito fore, vt quæ iam manus est
castigationis, breui iterum liberationis quoq;
paternæ manus sit futura. Tibi sit honor &
gloria in omnem æternitatem, Amen.

*Contra potentiam & machina-
tiones Diaboli, & eius fla-
bellorum & instrumen-
torum.*

O Benignissime fili Dei Iesu Christe, qui ipse
tuus dixisti Diabolum mendacem & ho-
micidam esse: eorq; nobis significare voluisti,
quantoperè spiritus ille crudelis ad nos per-
dendum propensus esset: quam multiplices
perdendi nos vias & modos in promptu ha-
beret. agimus tibi pro paterna hac præmoni-
tione ex animo gratias. Et certè cum reipsa
experiamur, quotquot sunt carnis & animæ
nostræ infirmitates, quas profectò sentimus
esse innumeras; totidem etiam ad nos læden-
dum tela diabolo suppetere: plus certè quam
stupidi & plumbei essemus; nisi tam misera
conditio ad preces nos sollicitaret. Rogamus
ergo votis quam possumus ardentissimis, vt
tu, qui vnicus & inuictus Diaboli victor es,
iam quoque machinationes tanti & tam im-
manis

manis aduersarij à nobis, Ecclesijs, familijs,
 animis & corporibus nostris clementer auer-
 tas : & nos tuo castorumq; angelorum præ-
 sidio tutos præstes, & in eo quoque iucom-
 parabilem tuam bonitatem & misericordiam
 erga nos testeris. Vnica enim in his tantis pe-
 riculis consolatio nobis superest, quod tu in
 hunc mundum veneris, vt rabiem eius reprimas,
 & inter tot discrimina clementer tuos
 protegas & conserues. Audi, ô benignissime
 pater, probra & contumelias istorum Sathanæ
 flabellorum quibus nos conspurcare conan-
 tur: quæ tamen in gloriosissimi nominis tui
 ignominiam, & veritatis oppressionem potis-
 simum erumpunt. aspice vires illas giganteas
 summa cum astutia hinc inde contra nos coac-
 ctas, sed tuæ imprimis veritati exitium ma-
 chinantes. Incidant tandem in laqueum & fo-
 ueam, quibus alijs tot iam annis insidiantur.
 O armipotens & inuicte Deus, tu adhuc potes
 Dauidem aliquem excitare, qui Goliathum
 istum immanem aggrediatur, prosternat &
 conterat. Tu Simsoni alicui maxillam asinæ
 poteris obijcere, qua Philistæos illos impuros
 trucidet. Tu mulierem aliquam heroicam ex-
 citare potes, quæ iactu lapidis, aut ictu clauis
 Abimeleos istos & Sisaras violentos è medio
 tollat. Tu Midianitarum gladios in ipsorum
 viscera conuertere: tu manum Ieroboami in
 seruos tuos extensam ariditate & rigore percus-
 sam domare: tu adhuc Danieli leones miti-
 gare;

gare: tu ardores ignis Babylonici potes restin-
guere. Neq; enim vis tua alligata est armis
aut præsidijs humanis, cui æquè facile est per-
multos & paucos, per fortes & imbecillos,
per robustos & infirmos saluare. Hoc cœleste
auxilium omni mundana & infernali potentia
longè est firmitus & efficacius. Tuo enim im-
perio, imo nutu quoq; necesse est etiam Dia-
bolicam potestatem, quantumuis formida-
lem, in nihilum redigi. Tibi Dæmones etiam
inuiti parere coguntur, ad quos miseri homi-
niones, & quidquid quantumuis sublime tuo
regno se opponit, nihil est nisi puluis & um-
bra. Tu igitur vtrosq; reprime & compesce.
Tibi sit laus, & gloria, in omnem sæculorum
omnium æternitatem. Amen.


NATHANIS CHYTRÆI
GALLINA GLOCIENS,
cantilena vernacula expressa.

Die Gluckhenne Matth. 23.

Deudsch. im thon.

Kompt her zu mir spricht Gottes Sohn.

Oder/ wenn man zwen vers zu
samen nimpt.

O Mensch beweine dein sünde groß/ etc.

Lobet

L Obet den H^{er}rn in ewigkeit/
 Vmb seine lieb vnd gütigkeit/
 Davon sein Wort vermeldet.
 Der auch zugleich in der natur
 Vielmahl an mancher creatur
 Sehr lieblich sich verbildet.

Jerusalem / Jerusalem/
 Spricht er / mir vormals angenehm/
 Nun aber gar verkeret.
 Wie oft hab ich dir guts gethan/
 Mit meinem wort dich ruffen lahn/
 Vnd zu der buß gelehret?

Gleich wie ein H^{enn} ihr hünlein klein
 Zusammen rufft / vnd schützet sein/
 Vnd mit den flüglen wermet:
 Also hab ich dich viel vnd oft/
 Durch meine stimm zu mir berufft/
 Vnd für vnfall beschürmet.

Ein Gluckhenn so man sunst veracht/
 Ist vns vom H^{errn} zum bild gemacht/
 Darin er vns fürmahlet
 Sein lieb vnd Väterliche trew/
 Wie er die auch im worte frey
 Fürlegt vnd widerholet.

Ein Gluckhenn vnd ein Pelican
 Aufßs allerbest vns zeigen an
 Die brennend lieb des H^{errn}.

Zu

Zu schlecht ist hie der Maler kunst/
Des Redners fleiß ist auch vmb sunst/
Kans nicht so deutlich lehren.

Sihe an vnd mercks doch eben recht/
Wann sie ihr eyer hat gelecht/
Wie groß ist ihr verlangen/
Das sie die Hünlein bring herauß/
Samt hernach ins Wirtes hauß
Her umbher zihē vnd prange.

Sie streckt vnd deckt sich schön vnd vest
Mit ihren flügeln vbers nest/
Das sie es warm erhalte.
Vorgift gar oft für grossen fleiß
Zu suchen narung/ tranck vnd speiß/
Verleurt all ihr gestalte.

Wenn sie nun hat ihr nest gemacht/
Vnd sein die Bücklein ausgebracht/
Denn thut sich frewd recht mehren.
Springt vmb sie her/ vnd folgt in nach/
Wo sie hingehn den gantzen tag/
Lest sich verdrieß nicht wehren.

Sie fürt sie aus / sie fürt sie ein/
Mit ihrer stim sie leuttet fein/
Thuet ihrer sorglich pflegen/
Kufft sie zusamen aus der hitz/
Fürt sie ins hauß für sturm vnd blitz/
Vnd für dem kalten regen.

Sie

Sie kratzt vmb sich / vnd sucht geschwind
 Vbs urgent wo ein körnlein find/
 Den Hünlein fürzustrewen.
 Sodenn ihr kleines schnebelein
 Dasselbig nicht kan nehmen ein/
 Gar fein sie es fürkewet.

Hat sie allzeit in guter acht/
 Vnd vberall helt fleissig wacht/
 Das sie ja nicht erschnappe/
 Vnd führ hinweg in lust geschwind/
 Zerreib / zerzauß / vnd gar verschlind
 Der hungrig Geyr vnd Kappe.

Wann sich nur ein feind herfür thut/
 Wischt sie heraus mit grossen muht/
 Schont nicht ihr eigen leben/
 Schreyt / kratzt / vñ schlägt mit macht darein/
 Vnd wil auch nicht der geringsten em/
 Den feinden vbergeben.

Wie grawsam aber als sie ist/
 Gegn ihrer feind gewalt vnd list/
 Vnd leidet nicht ihr wüten :
 So freundlich ist sie vnd gelind/
 Gegn ihr gebrechlich klein gesind/
 Verlest sie nicht in nöten.

Das ist das schön vnd lieblich bild/
 Das vns fürhelt der Heyland mild/
 Genommen von der Hennen.

D

Dars

Daraus wir recht sein hertz vnd gmüt/
Vol gnad/ vol lieb/ vol grosser güt/
Scheinbarlich mügn erkennen.

So offte wir nun ein Gluckhenn sehn
Für vnfern augen vmher gehn/
Mit ihren Hünlein kleine/
Solln wir bedencken bald dabey/
Was Christus für ein heyland sey/
Zu helfen seiner gmeine.

Ein brünstig lieb er zu vns tregt/
Ehe dann der grundt der Welt gelegt/
Ehe dann wir sein geboren.
Hat vns sein gliebten allegleich/
Zum ewigen heil vnd Himmelreich
Von ewigkeit erkoren.

Za ehe der Mensch geboren wirt/
In Mutter leib / er ihn formirt/
Vnd geust jm ein das leben.
Vnd wenn komt die stund der geburt/
Des leibes frucht herausser fürt/
Erhelt sie auch gar eben.

Vnd wann nun erst geboren sein/
Von Mutterleib die Kinderlein/
Thut er ihr freundlich pflegen/
Hat sie in huert vnd guter acht/
Wil das sie werdn zu jm gebracht/
Das er ihn sprech den segen.

Mit

Mit seiner stim sie leitet fein
Zu seinem volck/ vnd lieben gemein/
Das er sie new gebere
Durch seinen Geist vnd wasserbad/
So er im wort geordnet hat/
Vnd allen sünden wehre.

Zu dienen ihm zu aller zeit/
In heilig vnd gerechtigkeit /
Dem namen Gottes zu ehren.
Vnd durch die werck des lebens new
Dem nechsten bweise lieb vnd trew/
Sein wolfart zu vermehren.

Aus seinem thron vnd Himmels saal/
Kompt er herab ins jamerthaal/
Zu gut sein volck vnd erbe.
Das er durch seinen bitteren todt
Sie rett von helscher pein vnd not/
Vnd Gottes huld erwerbe.

Dann er drumb also zu vns kumpt/
Die menschlich natur an sich nimpt/
Darin für vns zu leiden/
Vnd für die sünd zu thun genug/
Auch z' heben auff des Bserzes fluch/
So vns von Gott wole scheiden.

O höchster heyland Jesu Christ/
Dem lieb/ dein trew/ dein güte ist/
So groß ober alle massen/

D ij Das

Das es kein zung aussprechen kan/
Kein Engel redt genug davon/
Kein hertz mag alles fassen.

Du hast vber alle ding gewalt/
Vnd numpst doch an die gringe ggestalt
Eins Knechtes hie auff Erden.
Auff das wir in dem Himmelreich/
Mit dir registern ewiglich/
Vnd Gottes erben werden.

Wir hetten straff vnd pein verschuldt/
Die numpst auff dich mit grosser ggdult/
Flegst nicht des creutzes burden.
Dadurch wir sein von sünden rein
Erlöset/ auch von angst vnd pein
Gerecht vnd frey geworden.

Mit allem das du hast vnd bist/
Du aller höchster Jesu Christ/
Hastu dich vns ergeben.
In dir wir sülligs gnügen han/
Kein noch noch todt vns scheiden kan/
In dir han wir das leben.

Vnd ob wir schon sein mangelhafft/
Vnd recht zu leben wenig krafft
An vnserm fleisch empfinden.
Hastu doch ggdult/ vnd wehrest sein/
Durch hülf des heiligen Geistes dem/
Das wir zum todt nicht sünden.

So

So vnser Gebet zu dir gericht/
 Lest vns vergebens bitten nicht/
 Dem hertz sich zu vns neiget.
 Gleich wie ein Mutter ihr liebes kinde
 In noth erhöret/ vnd geschwind
 Ihm trost vnd hülff erzeiget.

Mit theilest vns das teglich Brot/
 Vnd was dem schwachen Leib ist noht/
 Vnd speifest auch die Seelen
 Mit deinem Leib/ vnd auch zugleich
 Mit deinem Blut sie trenckest reich/
 Lest nirgent etwas fehlen.

Mit deinem exempel gehst vns für/
 Vnd leitst vns nach der rechten thür/
 Zum waren ewigen leben.
 Da frewd die sül ist ewiglich/
 Für Gottes stul im Himelreich/
 Welchs du aus gnad wilt geben.

Vnd so sich jemandt mocht versehn/
 Vnd irgent von dem weg abgehn/
 Ist ihm nicht gnad versaget/
 So er kert widerumb bey zeit/
 Vnd lest sichs sein von hertzen leidt/
 Schmerzlich darüber flaget.

Zur Busse ruffest immerdar/
 Sihst omb vnd omb / vnd nimmest war
 Ob jemandt widerkeren

Vnd sich woll bessern frü vnd spadt/
Vnd deine huld/ hülff/trew vnd gnad/
Von hertzen thue begeren.

Dein heufflein hast in hut vnd acht/
Das ihm nicht schad der feinde macht/
Stehst vest bey vns in nöten.
Ob schon der blütig Antichrist/
Streit wider vns mit gewalt vnd list/
Hilfft ihm doch nicht sein wüten.

Der rote Drach vnd alte schlang/
Dein höchster feind bald von anfang/
Geht vmb vns her mit brullen/
Gleich wie ein Lew/ vnd sucht allstunde
Ob er sein wanst vnd helschen schlund
Mit vnserm blut müg füllen.

Ob er nu wol so zürnt vnd greint/
Vnd es mit vns auffss ergest meint/
Nags ihm doch nicht gelingen.
Sein gift vnd macht/ sein sterck vnd krafft/
Ohn dein erlaubnis gar nichts schafft/
Du kanst ihn leicht bezwingen.

Du machst deins wortes sinn bekant/
Zu meiden falschen Bezger tandt/
Kein gnad nicht an vns sparest.
Durch dein vorbitt / verdienst vnd blut/
Für ewigem todt vnd hellsher glut
Zum Himmelreich bewarest.

¶ süß

O süßer trost Herr Jesu Christ/
 Du nichts den eitel liebe bist/
 Vnd brunquell aller gnaden.
 Erdüldest vnser blödigkeit/
 Vnd sibst auff vns in lieb vnd leide/
 Vnd wehrest allem schaden.

Ach das man doch solch liebe dein/
 Tieff sencken kont ins hertz hinein/
 Ach wer sie recht mocht schmecken:
 Den kont kein noth/ kein todt/ kein gfahr/
 Auch nicht der bösen geister schar/
 Mit ihrer gwalt erschrecken.

So würd man mit danck/ lob vnd frewd/
 Solch deine lieb vnd gütigkeit
 Hoch rhümen vnd erheben.
 Ja auch mit frewden ewiglich/
 Zu deinem dienst ganz williglich
 Beid Leib vnd Seel ergeben.

O Christ das heil vnd liecht der Welt/
 Schaff du an vns was dir gefelt/
 Das wir dich lieben vnd loben/
 In diesem leben immerdar/
 Vnd mit der heiligen Engel schar/
 Im Himels thron dort oben. Amen.

Teutonica hæc cecini Musa, præunte Chytreo,
 Nec potui breuius, nec potui melius.

Hermannus Vespasius.



In Hypocrisin.

Turpis anus, cupiens formosior ore videri,
 Aetas quam patitur, rugaq; fœda sinit,
 Ora genasq; linit fuco, frontemq; senilem,
 Ad speculumq; sibi ficta puella placet.
 Sed simul ardentis ac solis contigit æstus;
 Ille ementitus mox color omnis abijt :
 At facies rugosa manet, maculeq; pudendæ
 Conspiciuæ cunctis ora genasq; notant.
 Et quo fucus erat spissus mage; turpior ipsa
 Redditur hoc facies, & mage scabra cutis
 Scilicet has ipsas soluit simulatio poenæ
 Quando videri insons nec tamen esse nocens
 Et sua verborum fuco dum crimina celat
 Innocuam quivis vt putet esse nocentem
 Sed simul ad solium ventum est
 Tum subito fictum quod fuerat verum
 Tum sol consumit niue cumq; cernenda patent
 Sic tua si peccata tegeas, et soli ostendet cuncta
 Ast ea si reteges, deprensæ sunt, et u. *ergo*
 Defodietq; cauis, et u. *ergo*
 Equoris, haud u. *ergo*
 Si sapis, haud u. *ergo*
 Promptio u. *ergo*

ergo abyssis
 modis.
 vulnera pande,
 cura manus.
 Pio-

